VIRO
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO
DOMINO
IO. CHRISTOPH. ELSNERO
CONSULI ET AERARII CURATORI
IN CIVITATE THORUNENSI DEXTERRIMO
OBITUM INOPINATUM
CONIUGIS
LECTISSIMAE ET AMANTISSIMAE
CATHARINÆ
NAT. AUSTENIAE
FEMINAE NOBILISSIMAE
D. X. AVG. AN. cIↄ Iↄ cc xxvii.
BREVI ANALYSI EX MISERIARUM VALLE EVOCATAE
D. autem XV. eiusd. Mens. & Anni
SOLENNI RITU CONTUMULATAE
ACERBE LUGENTI
DOLOREM SUUM, OBSERVANTIAMQUE
TESTARI CUPIEBANT.
RECTOR ET PROFESSORES THORUN.

THORUNII
Impress. Ioh. Nicolai NOB. SENAT. & GYMN. Typogr.

Aeternum nil mundus habet, sua stamina coelum,
Tellus, Oceanus, regnaq; semper habent.
Fortior exoritur populus, gens inclyta crescit;
Mox iterum emoritur, famaq; longa perit.
Ne tamen antiqvas memorem, Thorunia gentes
Consimili fato qvae cecidere, dabit.
Olim Lindenses, olim florere Strobandos,
Fortes Eskiadas viderat esse manu.
Inde Mochingeri, celebrisq; Hübneria virtus
Extitit; insignis qvam Donepeius erat?
Mitto alios Themidis venerandae & Martis alumnos,
Qvorum est in fastis candida fama super.
Cuncta sepulta iacent, & duro marmore clausa:
Ortus ab occasu pendet ubiq; suo.
AVSTENIVM superesse genus Libitina videbat;
Hoc etiam coepit sternere falce sua.
Hac cecidit Praeses, Vrbis decus atq; columen,
Fraterq; ELSNERIAE, claraq; facta iacent.
Vltimus ingenio & forma praestantior Halae
Occubuit, patriae familiaeq; decus.
Relliqvias generis qvae constituere SORORES,
Casu nempe novo vincula rupta gemunt.
Namqve abiit natu minima, & post stemmata Patrum
Sublata, ad Patres grande paravit iter.
Aeternum nihil ergò manet, nihil orbe perennat;
Aeterna est tantum mens, sed amica Deo.
Hanc Tua, dum toto se exolvit corpore, Consul
Intulit in magnum fida marita polum.
Reddita familiae, maioribus addita, nunqvam
De genere & tota posteritate timet,
In TE posteritas, in Nato tota recumbit:
Vivite longaevi, non sine Matre tamen.
Duret amor Matris, perdurent Matris honores:
AVSTENIVM poterit sic superare genus.

f.

M. Pet. Iaenichius.

HOch-Edler Herr/ sein Thun wird von Unß hochgeacht/
Und diese gantze Stadt rühmt seine Gütigkeiten/
Wodurch Er will ihr Glück und Wohlstand zubereiten;
Wenn manches Unglücks-Heer sich wieder sie erhebet/
Und nach derselben Fall mit allen Kräfften strebet/
Alsdann wird Witz und Muth nach Würdigkeit betracht.
Die Wangen sind deßhalb mit Thränen übernetzt/
Weil unsers GOttes Schluß JHN hat so hart betrübet/
Und seinen Wehrten SCHATZ/ so ER vergnügt geliebet/
Die seines Ambtes Last zum Theil hat helffen tragen/
Von der die Tugend kan das beste Zeügnis sagen/
So schleinig zu sich nimmt/ und JHN in Trauer setzt.
Schont GOtt derselben nicht/ die ihm ergeben sind?
Ach nein! Er pfleget sie viel härter zu probiren
Als and're/ die den Lauff zum Laster-Tempel führen/
Damit/ gleich wie die Welt muß JHRE Weißheit preisen/
Sie die Gelassenheit alßdenn am meisten weisen
Wenn Unglück/ Creutz und Todt den Thränen-Faden spinn't.
Wir wissen/ daß sein Geist nach wahrer Klugheit strebt/
Darumb so laß' ER Unß ein weises Beyspiel sehen/
Ob ER das/ was von GOtt gantz unverhofft geschehen/
Mit Großmuth und Gedult jetzt wird ertragen können/
Und seinem liebsten SCHATZ die schöne Freude gönnen/
Worinnen SJE vergnügt bey ihren Heyland lebt.
GOtt wolle jederzeit zu seiner Seiten stehn/
Und JHN in seinem Ambt mit Kräfften unterstützen.
Ein ELSNER kan nicht stets in Schwermuths-Schatten sitzen!
Die Wunde wird GOtt selbst zu seiner Zeit verbinden/
Und lassen Lust und Trost in seinem Sohne finden/
Biß ER muß Lebenssatt zu seiner LIEBSTEN geh'n.

Also wünschet, und tröstet mit allen Respect
G. P. Schultz.

E continente nauta perpendit prius,
Qvam navis alto deferatur æqvore,
Qvi ventus adflet impleatque carbasa.
Evecta remis si medium secat mare,
Inter Charybdin, Scyllan inter & volans;
Notos & Euros linteis plenis capit,
Latumque dorsum Doridos arte permeat.
Hæc vita nostra. qvi futura prospicit,
Omnesqve casus pensat; ut, si venerint,
Promtus paratus adsit ad pericula,
Opes, honores, liberos, & coniugem
Læta resignet mente Providentiæ:
Ex asse celsi dixerim hunc animi sophum,
Dignum colossis & meliore seculo.
ELSNERE felix, si tenes, improvidum
Nihil esse in orbe; mente si Tua exulat,
PROH NON PUTARAM, indocta qvod plebes crepat!

Vinces

Vinces acerba, qvæ minantur undiqve;
Vinces cupressos Coniugis piissimæ;
Disces Tonanti & tempori acqviescere.

Occasione nummi memorialis Augusti *Ducis Guelferbyt. proxime explicati, summo dolori Nob. Dn. Consulis aliqvod adhibere fomentum voluit.*

IAC. ZABLERUS.

Nulla Calamitas sola.

MAn sagt/ und auch gar recht; Kein Leiden kommt allein/
Denn die Erfahrung stimmt als eine Zeugin ein;
Wir haben offters kaum den alten Schmertz verbunden/
So reist ein ander uns schon wieder frische Wunden/
Du hast Hoch Edler Herr wie auch Geehrtster Freund/
Kaum über den Verlust des VATERS ausgeweint/
In dem Du abermahl in neuen Trauer-Tagen/
Der EHE-LIEBSTEN Tod mit Thränen must beklagen/
So setzet Dich die Frist von einer kurtzen Zeit
In den betrübten Stand der bängsten Einsamckeit/
DU bist bejammerns werth/ als einer/ der verlassen/
Und nirgends einen Trost im Kummer weiß zu fassen.
Nimm aber in Gedult ein solch Verhängniß an/
Von jener Vater-Hand die alles ändern kan.
So tieff die Wehmuth DIR will in das Hertze schneiden/
So gieb DICH nur darein/ und sprich: ICH muß es leiden.

Dieses wenige wolte aus schuldigem *Respect* zu einigen Trost auffsetzen.

Gottfried Weiß.

MAturæ Cereri
dum messor lætas immittere maturat falces;
dum hortulanus carpere poma mitescentia festinat;
infesta immitisque Libitinæ falx
messem facit præmaturam,
segetis
maturitate quidem & ubertate
egregiorum probitatis, prudentiæ, dignitatisque fructuum
eminentis & conspicuæ;
nondum tamen ea ætatis ingravescentis mole pressæ,
qvæ falcem expectaret provocaretque.
MATRONAM narro
nobilitate generis,
corporis dignitate, roboreque ætatis pariter
ac pietate in Deum,
animi probitate, morum gravitate,
hisque tantis bonis summa modestiæ fama, florentem
CATHARINAM ELSNERIAM
prosapie AUSTENIAM,
Viri Consularis amplissimi
Ærariique publici præfecti solertissimi
IOH. CHRISTOPH. ELSNERI
Coniugem optimam.
Hanc dum succisam, ereptamque sibi
Maritus, in unico iam optimæ spei frugiqve filio acquiescens,
vitæ comitem sociamque curarum piissimam fidissimamque;
Filius, matrem pariter facillimam ac vitæ morumque magistram,
suo imprimis exemplo dexterrimam;
Familia, Dominam antistitemque gravem ac gratiosam;
Cognati, præcipuum prosapiæ suæ delicium, decus, fulcrum;
Boni omnes civem honestissimam, dignissimamque Viro Consulari
feminam
lugent, lacrymisque prosequntur elatam:
Iidem tamen,
ex larga consolationum messe
qvæ ex seminibus divinioris scientiæ progerminat,
Id sibi solatii adhibent:
Factum hoc esse a magno messis Domino,
qui in horreis cœlestibus,
fasciculis viventium, hoc quod erat segetis,
addi voluit.
Tu, quisquis es mortalium,
falces in te mortis acui,
messique huic quodvis tempus, te quoque latens, opportunum,
memento!
quod ne ex improviso immaturum te obruat,
fructus æternitati matura!

l. mq. posuit

S. T. Schœnwald. P. P. E.